

Aduertentias para

Doctoralis Cathedralis Salmanticensis in  
inclita Salmantica Academia publice Sa-  
cros Canones interpretantis: & hoc idem  
refert in additionibus ad Cruciatam. §. 9.  
nu. 62. videatur ibi.

11 ¶ Concessit Pins. 5. quarta die Ianuarij  
anni Domini. 1569. ad decennium, ne Chri-  
stiani in India incurrerent in excommunica-  
tionem Bullæ Cęnæ Domini, propter com-  
mercium cum Infidelibus tam de alijs mer-  
cibus, quam de armis: quando non esset in  
præiudicium Christianitatis, vt si hostes  
non notabiliter armarent. Quam conces-  
sionem extendit Gregorius. 13. ad aliud de-  
cennium hac declaratione, vt ij, qui, mer-  
catorum more, exposita habent huiusmodi  
prohibita, vt illa Infidelibus vendant, præ-  
fatam excommunicationem incurrant,  
etiam si eos, quibus illa vendunt, non ar-  
ment notabiliter: non tamen illam in-  
currant, qui priuatim, & sine probabili  
periculo aliquid parui momenti venderent,  
vt pugionem, aut gladiū. Sunt hæc in viue  
vocis oraculis. pag. 59. & 86.

12 ¶ Possunt nostri interris Infidelium,  
(Hære-